



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

360. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

dæmonibus consecratæ , quas vulgus colit & in tanta veneratione habet ut nec ramum nec surculum inde audeat amputare , radicibus excindantur atque comburantur. Lapedes quoque , quos in ruinosis locis & silvestribus dæmonum ludificationibus decepti venerantur, ubi & vota vovent & deferunt , funditus effodiantur atque in tali loco proiciantur ubi nunquam à cultoribus suis venerari possint. Et omnibus adnuntietur quantum scelus sit idolatria , & qui hæc veneratur , & colit , quasi Deum suum negat , & Christianitati abrenuntiat; & tales pœnitentiam inde debet suscipere , quasi idola adorasset. Omnib[us]que interdicatur ut nullus votum faciat , aut candelam vel aliquid munus pro salute sua rogaturus alibi deferat nisi ad Ecclesiam Domino Deo suo. Scriptum est enim : *Vovete & reddite Dominu[m] Deo vestro.* Novimus siquidem quanta Dominus antiquo populo per Prophetas suos interminatus est , qui in lucis sacrificabant , & in excelsis immolabant. Si quis hæc transgressus fuerit , fidem perdidit , & est infideli deterior. Et idcirco omnimodo à sanctæ Ecclesiæ consortio abscidatur , & nisi dignè pœnituerit , non recipiatur.

De eadem re. *Rabanus.*

CCCLX. Nam de his qui dæmonibus immolant . Theodori Episcopi constitutiones habemus , in quibus scriptum est : *Qui immolant dæmoniis in minimis , annum unum pœnitentant. Qui verò in magnis , decem annos pœnitentant.*

Rhab. epist.

ad Heribald.

c. 30.

Burchard. lib.

10. c. 13.